

20
Questio Secunda.

q' motu ad securam
r' dozam

Conveniens succedit alteri vel q' vnum et idem per mouetur vel omnia quandoq' mouentur et q' nō quiescūt vel aliqua semp sunt imobilia et aliaq' semp mouentur et aliqua q' nō mouentur et quādoq' quiescunt. Et hoc g' membrū est verum unde irratio nobile est omnia semper requiescere q' manifestū est ad sensum aliqua moueri. Modo querere rationem contra iudicium sensus est debilitas intellectus ut hic dicit philo. Nec est disputandū cōtra dicēntem oppositum. Itē dicere omnia semp moueri est cōtra naturalem philosophū quia ad sensum patet aliqua quiescere. Est enim natura p̄cipiū quietis ut patet per suam diffinitionem. Per prius tamen est p̄cipiū motus. Sed contra in diffinitione nature dictur q' natura est p̄cipiū mouendū et quiescēdi ei⁹ in quo est primum per se. ergo natura est p̄cio p̄cipiū quiescendi. Negatur consequentia. Si dicatur aliqua que nutriuntur continue augentur et alia que alterantur continue alterantur. Ad hoc respondeat philosophus hic. Et nos in sequentibus.

Notandum preterea q' in ordine entium est dare aliquid omnino imobile et ad hoc ostendendum ponuntur tres diuisiones quia mobilium et mouentiū quedam mouent vel mouentur per se. Alia vero per accidēs ut patuit quarto phi. Item eorum que mouentur quedā mouentur naturaliter ut quando graue descendit alia vero per violentiam. Et si querat an motus descensus animalis sit naturalis vel violenter dicendum q' est naturalis secundum corpus vel q' fit ab elemēto quod dominatur in ipso animali. Similiter mot⁹ quo homo flectit brachia ad anterius est sibi naturalis inq̄stum huiusmodi. secus autem est de alijs animalibus.

Notādūz p̄terea q' omne quod mouetur ab alio mouetur ut dictum est in septimo. sed mouēs duplīciter distinguitur a mobili/ primo secundum diffinitionem tantum sicut de anima et corpe quia ista duo non distinguntur loco et subiecto licet rationes corporeas sint diuerse. Aliquando autem mouens et mobile distinguuntur secundum diffinitionem et secundum esse ut quādo homo mouet lapidem sursum. Ex his p̄t q' animata mouentur a motore distincto secundum diffinitionē tñ q' mouētur motu naturali. sed ea q' mouentur motu violento mouentur a motore distincto secundum esse et secundum diffinitionē.

Conclusio grauis et leuia inanimata non mouentur a seip̄sis probatur quattuor rationibus phi. prima mouere se pertinet ad rationem vite unde i' hoc cognoscimus si homo viuat quando scilicet mouet oculos vel aliud. sed inanimata non viuant igitur. Item que mouēt se faciunt se stare et quiescere. Itē que mouent se non mouentur ad vnam differentias positionis tantum. sed non sic est de animatis. Itē in his que mouent se est diuersitas partium ut p̄t in homine et in animali sed non sic est de inanimatis. Ex his patet q' corpus graue non mouetur a seip̄so per se primo et probatur adhuc aliter quia alias idē esset simul in actu et in potentia quia nihil mouet nisi secundū q' est in actu ut actu calidum calefacit ille autem quod calefit est calidum in potentia. si ergo idē esset motum et mouens per se primo sequeretur q' esset actu tale et in potentia tale et sic esset et non esset tale.

Sed notandum q' dupliciter aliquid est in potentia scilicet essentiali et accidentalē sive prima et secunda illud quod est graue non tamen mouetur actu est in actu primo quia habet gravitatem non est tamē in

Articulus

Tertius.

actu secundo: quia non mouetur et ideo est in potentia secunda. Similiter materia quādo nō habet formam aeris est in potentia essentiali sed graue quod nō mouetur est in potentia accidentalē. si ergo queratur a quo mouentur graua et leuia dicendum q' a generante per se quia dans formam dat consequentia ad formam sed mouentur a remouente prohibēs per accidēs: quia remouens prohibens nichil influit in ipsum graue vel leue sicut nec paries a quo reuerberatur lapis contra ipsum projectus. Et est sciendum q' multi doctores ut Scotus et Gregorius opinantur q' graua mouentur a seip̄sis. Sed hoc detur esse contra philo. hic dicente q' mouentur a genante. Et per hoc dicit inanimata differre ab animatis. Item tunc aliquid moueretur a seip̄so primo. Nec p̄hus posset sufficienter probare q' omne qđ mouetur ab alio mouetur. Itē quidā sic arguunt potentia actua. v. meta. 7. ix. diffinitur per esse principiū transmutandi aliud. Nichil igitur transmutat seip̄sum. Item si idem moueret seip̄sum primo idem secundum idem simul esset sub oppositis dispositionibus cōsequēs est impossibile. Consequētia pbatur q' semper mouens est in opposita dispositiōe ad motū et econuerso. Nam mouens sibi assimilat motum et trahit eū ad dispositiōē similē sibi igitur motū est sibi dissimile dū mouetur et ideo primo de generatione dicitur q' agens et passum sunt dissimilia in principio et similia in fine. Item si talia corpora mouerent se per se et primo eadem ratione et celum moueret se per se et primo. Non enim apparet ratio propter quā celum non possit ita moueri circulariē a seip̄so sicut illa mouent recte. Item sequitur q' in eodem tpe p̄ equale spaciū moueretur graue maius et min⁹ ubi gratia magna mola et medietas eius quod est falsum ut patet ad sensum. Consequentia declaratur p̄ regulā phi. viij. phi. Si tantavirtus mouet magnitudinem in aliquo tēpore. Media virtus mouebit medietatem magnitudinis in equali tempore ratio est quia qualis est proportio totius virtutis ad totum motum talis est medietatis virtutis ad medietates moti. Si ergo tota virtus mole mouet totā molam in tanto tēpore. Media virtutis mole mouebit medietatem mole in equali tempore vide si hec probant animata etiā non mouere se ideo.

Cōtra hec arguitur vel ergo mouētur a celo vel ab alio. Non a celo quia sequeretur q' quāto graue esset magis elongatum a celo tanto tardius descendet. Consequens est falsum ut percipit sensus. Lōquentia patet / quia quanto magis motū distat a motore. ceteris paribus minus potest motor super ille et per cōsequens tardius mouet. Secundo si ita esset sequeretur q' non velocius descenderet graue maius q' graue minus eiusdem rationis et similiū dispositionū omnū pretermagnitudinē paruitatē. Consequens patet falsum ad sensum. Lōquentia pbatur q' ubi mobilia se habent mere passive sicut hic supponitur et cetera sunt paria nunq' maius citius transmutatur ab eodē agente naturali q' minus. p̄t tā in motib⁹ localibus violētis q' etiā in alteratiōbus. Nam stante uniformi dispositiōe passū nō citius alteratur ab eodem agente maius q' minus.

Secundo principaliter. Si moueretur a celo vel ergo per expulsionem vel impulsionem quo ad graua et leuia per attractionē. Sed si sic sequeretur q' quandocunq' graue descēderet celū expelleret ignē sibi proximū et aerem cōsequētē et uniuersaliter cetera mediaysq' ad graue et medianib⁹ illis ipsius